

Bruno, Hartmannus, Fridhelmus, Godefridus, Iohannes canonici Mersburgenses. Fridericus abbas. Hildewart prior. Berewart cellerarius de claustro Aldenburg. Laici: Heinricus de Warin. Otto de Lichtenhagen. Heinricus de Vesta. Herbordus pincerna episcopi. Werno marscaleus et alii quam plures tam clerici quam laici. Acta
5 sunt hec in sinodo nostra Mersburg anno ab incarnatione domini millesimo ducentesimo vicesimo quinto, indictione tertia decima, undecimo kalendas ianuarii; feliciter amen.

(S.)

349.

*Landgraf Ludwig ertheilt mit Genehmigung seiner Brüder Heinrich und Konrad dem deutschen
10 Orden in Hessen Zollfreiheit. Weißensee, 1225.*

Hdschr.: 3. Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 268 (A) und 2. Or. Staatsarchiv Marburg (BC). Die S. an rothen Seidenfäden; C sehr gut erhalten, A und B etwas beschädigt = Taf. XII. 3.

Gebr.: Wyß, Hess. Urkundenbuch 1, 11.

Ann.: Vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. 37.

15 :In nomine sancte et individue trinitatis. :^{a)} Lvdewicus^{b)} divina favente clementia langravius^{c)} Thuringie^{d)} et Saxonie^{e)} comes pala^{||}tinus^{f)} | omnibus in perpetuum. Cum sacra teste scriptura omnis potestas a deo sit, universis christiane fidei veritate illustratis liquido constat, quia, qui || potestate sibi || commissa^{g)} male utitur, ab eo |, a quo omnis potestas procedit, gravius iudicabitur. Quapropter nobis, qui divina dispositione potestatem
20 in subditos nostros^{h)} in hoc seculo acce^{||}pimus, valde necessarium esse credimus, || ut, cum inⁱ⁾ hiis, que credita sunt nobis, totiens offendimus, ad asilum amicorum dei fugiamus^{k)}, de nostra habundantia necessitatem illorum sublevantes, ut in tempore summe necessitatis apud^{l)} eum, qui se in suis^{m)} minimis fatetur honorari, ipsos habere mereamur intercessores. Proinde universitatem vestram nosse cupimus, quod dilectos nobis in domino
25 fratres domus hospitalis Theutonicorumⁿ⁾ sancte :Marie:^{o)} in Ierusalem, quos divina gratia ad salutem nostram et nostrorum in terris, in quibus ius et potestatem habemus, habitare concessit, pietatis ac dilectionis non parve oculis respeximus, deum et immaculatam^{p)} eius genitricem in ipsis honorare cupientes, ut servitii, quod ipsis die noctuque^{q)} exhibetur ab eisdem, participes fieri mereamur. Habito itaque deliberationis consilio et
30 expresso consensu fratrum nostrorum^{r)} Henrici^{s)} et Cunradi^{t)} omne ius, quod in omnibus possessionibus eorum, quas habent et habituri sunt in terris nostris, habere^{u)} dinoscimur, coadunatis manibus et pari consensu fratribus eiusdem domus^{v)} donavimus in perpetuum, ab omni thelonio^{w)} et exactione et iure hospicii^{x)} per omnes terras et fora ditioni nostre

35 349. a) trin. amen: C. b) Lvdewicus BC. c) langravius BC. d) turingio BC. e) Saxonie übergeschr. A. f) c. pal. Saxonie || BC. g) concessa BC. h) ceteros st. sub. nostros BC. i) in fehlt A. k) confugiamus BC. l) apud C. m) suis etiam BC. n) teutonicorum BC. o) marie BC. p) immaculatam BC. q) die noctuque ipsis CB. r) consensu fratrum n. st. del.—n. BC. s) Henrici BC. t) Cūnradi B. Cūnradi C. u) habere quas nachträglich zugefügt A. v) domus fehlt A. w) thelonco B. telonco C. x) et iure hospicii fehlt BC.